

BARTHOLOMÆI
BERSANI J.C.

EX OPPIDO HORTÆ
ADVOCATI MEDOLANENSIS

TRACTATUS

DE PUPILLIS,
EORUM PRIVILEGIIS, ET JURIBUS.

OPUS SINGULARE, JUDICIBUS OMNIBUS, CAUSARUM

Patronis, & ceteris in foro Versantibus non solum utile,
sed admodum necessarium.

CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS TUM
Capitum & Questionum, tum etiam rerum, & verborum omnium.



Papillon. sc.

LUGDUNI.
Sumptibus ANISSON, & POSUEL

M. DCCV.

CUM REGIS CHRISTIANISSIMI PRIVILEGIO.





CHRISTIANISSIMO
GALLORUM REGI
MAXIMO
LUDOVICO
DECIMO-QUARTO.

BARTHOLOMÆUS BERSANUS

Advocatus Mediolanensis.

— F. P. D. —

PUPILLIS justitiam quarentibus fors viam aperuit in typis Lugdunensibus, ubi illam sub Gallico folio sedentem ostendit cateris omnibus virtutibus circumdatam: quâ Tu semper regeris GLORIOSISSIME LUDOVICE, ac Tui à Te fæliciter reguntur subditi: quâ insuper Tua præclarissima gesta ubique resurgent belli & pacis triumphis exornata, & demum Excelsi Descendentes Tui in teneris adhuc annis mentem ad bene regnandum exhibent jam instructam, atque paratam. Inter quos longè præcellit statem Potentissimus Philippus Quintus



PRÆLUDIA. SUMMARIUM.

- 1 *Natura tentat semper novos casus producere.*
- 2 *Jus absque Jurisconsultorum operâ stare non potest.*
- 3 *Materia Pupillorum indigebat peculiari tractatu.*
- 4 *Pupilli, & Minoris diversa est conditio, namque unus ab alio notabiliter distinguitur.*
- 5 *Tractatus de tutelis, & de tutoribus à quibusdam conscripti distincti sunt ab hoc tractatu de Pupillis.*
- 6 *Tractatus de Pupillis amplior est quam tractatus de Tutelis, sive de tutoribus.*
- 7 *Indicantur DD. qui de Pupillis tractatus confecerunt.*
- 8 *Vidua & Pupilli saepe conjuguntur in sacris Scripturis, & in Legibus.*
- 9 *Divisio Tractatus.*

UAM VIS Jus nostrum clarissimum Jurisconsultorum operâ plurimis, & quidem doctis lucubrationibus jam plenè illustratum videatur: attamen adeò ampli sunt Jurisprudentiae fines, ut quamplurimæ materiæ in obscuris legum verbis adhuc latent, de quibus veteres Interpretæ vel non meminerunt, aut exactam explicationem non sunt aggressi, locum relinquentes pleniori earundem investigationi, quæ in ipsamet juris exercitatione novis dubitationibus frequenter involuta, continuò magis fit scitu necessaria. Idque naturali quodam instinctu accidere puto, quoniam natura varietatis valde amica novos casus semper producere tentat; atque ob illam inops reddi solet quælibet juris civilis aut rerum sub eo contentarum explanatio. Idcirca ij



BARTHOLOMÆI
BERSANI, J. C.
TRACTATUS
DE PUPILLIS,
EORUMQUE PRIVILEGIIS ET JURIBUS.

CAPUT PRIMUM,

In quo tractatur de nominis interpretatione tam in Legibus, quam in Statutis; De Officiis, & Dignitatibus tam Sæcularibus quam Ecclesiasticis, ad quæ Pupillus promoveri potest; De illius educatione, alimentis atque singulis Privilegiis.

S U M M A R I U M.

- 1 *Quisire vult quid rei, debet prius cognoscere principia ipsius rei.*
- 2 *Pupillus interdum in iure latomodo ponitur pro Adulto.*
- 3 *Aliquando accipiat pro quoque impubere: sed impropter, & abusivo.*
- 4 *Non omnis impubes est Pupillus, licet omnis Pupillus sit impubes.*
- 5 *Pupillus propriè dicitur ille, qui cum adhuc impubes est, deusit esse sub patris potestate vel morte, vel emancipione.*
- 6 *Impubes à patre emancipatus efficitur Pupillus, perinde ac si patrem non haberet.*
- 7 *Impubes, qui post mortem patris reincidit, vel remanet sub potestate Avi, non reputatur propriè Pupillus, præterim quò ad privilegia Pupillis concessa.*
- 8 *Impubes, qui non habet patrem, neque matrem, Orphanus appellatur.*

- 9 *Pupillus non dicitur, qui adhuc in utero matris existat, licet jam mortua pater.*
- 10 *Pupillus dicitur à Pupo, qua dildio puerum significat.*
- 11 *Pupillus continetur sub appellativo immobibus, & imponens dicitur ille qui nondum pervenit ad annum decimum quartum.*
- 12 *Æras papillaris tam in masculis, quam in feminis incipit post expletam infansiam, scilicet post annum septimum.*
- 13 *Infans dicitur ille, qui minor est annis septem.*
- 14 *Æras papillaris durat ab anno septimo completo usque ad pubertatem, que in masculis incipit anno decimo quartio: in feminis vero incipit anno duodecimo.*
- 15 *Alimenta relitta usque ad puberitatem debentur maleficio usque ad annum decimum octavum: femina vero usque ad annum decimum quartum.*